



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Parochus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

Mater filium, vir uxorem vendere non potest. *Syl. V. empt. n. 5. Garzias de contract. c. 17.*

12 Mater filijs primi matrimonij debet relinquere omnia ex illo lucra, non autem donata ab extraneo, etiam intuitu viri, & pater filijs quæ ad ipsum ex bonis eorum matris, prioris eius vxoris, peruenerunt.

13 Pater non potest impuberem offerre Religioni, inuita matre.

\* *Innoc. Panor. in c. 2. de reg. Syl. V. Patria potestas. nonnulli contra sentiunt. vide Abb. l. c.*

14 Nolle videri alicuius esse filium iusta aliqua de causa, sine eius contēptu, non est mortale, alioqui iniuria quæuis in parentes mortalis videtur quibusdam, etiam si leuis sit.

\* *Vide Nau. c. 14. n. 12. Tol. l. 5. c. 1. n. 9.*

15 Patris appellatione veniunt ascendentes, vt filij descendentes. *Vide gloss. de verb. signific. c. 2. \*Fum. Syl. V. Parentes.*

In rebus grauioribus, in quibus filius patri subditur, potest ei pater aliquid, sub mortali præcipere *Lopez l. c. & vir vxori. Sor. l. 1. q. 6. art. 4. in fine: sed Dominus in famulos, reliquamq; familiam hanc vim non habet. Sor. l. c.*

*Parochus, vide Confessor, Domicilium, Missa.*

1. **T**enetur tempore pestis ministrare salutis necessaria Sacramenta, aut dare qui ministraret, peste infectis.

\* *Cuiet.*



\*Caiet. 2. 2. q. 26. art. 5. Bannes 2. 2. q. 33. art. 3. dub. 4. *vers. ex dictis*, immo Sacerdos, quilibet in extrema necessitate, ex *Nau. c. 25. nu. 133.* id collige.

2 De Parochia efficitur quis acquisitione domicilij: quantum ad pœnitentiam autem, & Eucharistiam, sufficit habitatio per sex menses, secundum quosdam; at melius alij, sufficere quantum ad Sacramenta, illic habitare, & non posse commodè ad propria ire. Ad matrimonium verò sufficit vel modica habitatio. At quantum ad decimas, & utilia Sacerdoti, requiritur animus habitandi ferè per annum.

\*Vide *Syl. vers. Parochia, Nau. lib. 3. conf. de Parochis.*

3 Parochus Ecclesiæ destitutæ censentur habere beneficium simplex.

4 Tenetur Parochus ministrare Sacramenta etiam extra tempus præcepti ad illa obligantis, etsi id quidam negant.

\*Tenetur } *Nau. c. 25. n. 131. Vinal. de confess. nu. 22. Carbo de præceptis Ecclesiæ c. 11. de confess. Sot. d. 18. q. 4. ar. 2. Val. t. 4 d. 7. q. 10. p. 3.*

Negant } *Rich. 4. d. 18. Io. Med. q. 37. de confess. Syl. confessor. 1. q. 18.*

5 Negligentia magna Parochi in docendo ad salutem necessaria, nempe Symbolum: Decalogum, & Pater noster, mortalis est, ubi passim magnus est abusus eorum qui



contenti docuisse Symbolum Latinè, non explicant populo rudi mysteria fidei præsertim Trinitatis, & Incarnationis, tantoperè ad salutem necessaria. Væ Parochis, væ Episcopis, væ Prælati.

\*Vide *Syl. vers. Negligentia. Prælati. 4. Nau. c. 25. n. 121. Sor. de iust. lib. 10. q. 1. ar. 3. Tol. lib. 3. c. 17. n. 9. Trid. c. 1. sess. 23.*

6 Parochus habet iure communi à Papa iurisdictionem, quam non potest Episcopus impedire, absque causa.

7 Parochus potest esse Iudex in causa Ecclesiæ, alio huius nomine agente.

\*Parochus obligatur celebrare, cū populus tenetur audire, nisi alium substituatur. *Tol. l. 2. c. 3. Nau. c. 25. num. 134. Azor. lib. 10. c. 24. q. 2. Sor. l. c. addit festis diebus teneri, pro festis autem, ratione stipendij, decimarumve quotidie, aut aliquando.*

Parochus subdito affirmanti, se crimina confessione expiasset, debet credere: scheda ex cōsuetudine non iniuria petitur, sed ad eā ostendendam subditus cogi nequit. *Nauar. in 6. Sacerdos. de pœn. d. 6. nu. 85. ex D. Thom. quod. lib. 1. art. 3.*

Parochus nondum Sacerdos potest omnia ad Parochum spectantia per se exercere, exceptis ijs, quæ ad ordinem spectant. *Nava lib. 4. cons. 9. nu. 4. de cland. de sp.*

Parochus Sacerdoti non impedito potest conce-

conce-  
ristiã  
ex Cl.  
sola  
Conc  
d. 20.  
Pa  
matri  
quisit  
coque  
P. à Le  
Jes. 24  
Si  
rochu  
nis, &  
licitat.

11 P

Pat

12

11 PE

gitato;  
cogitat  
ipso pe  
culatiu



concedere facultatem administrandi Eucharistiã, extremam vnctionem, matrimonium. *ex Cl. 1. de priuil. adde & baptismum: nam pro sola confessione requirit approbationem Conc. Trid. Vide Sanchez lib. 3. de matrimonio. d. 20. t. 1.*

Parochus mortiferè peccat, si vagantium matrimonio interfit: nisi post diligentem inquisitionem. Ordinarium de hoc moneat, ab eoque facultatem id faciendi consequatur. *P. à Ledes. q. 45. ar. 5. vers. Aliud dubium. ex Trid. Jes. 24. c. 7.*

Si vir solus sit vagans, aderit mulieris Parochus, si ambo, ille, à quo mulier Confessionis, & Eucharistiæ Sacramenta recipit. *Ledes. citat.*

## P A R S.

**P**ars, sine additione, intelligitur medietas: secus si dicitur aliqua pars.

*Patrinus, vide Baptismus, Matrimonij, impedimenta.*

*Peccatum, vide Contritio, Luxuria.*

**P**eccatum mortale est, delectari consensu saltem, tacito in peccato mortali cogitato, si plenè aduertas, quod vulgò dicitur cogitatio morosa; secus est si delecteris non ipso peccato, sed sola de eo cogitatione speculatiua. *vide D. Tho. 1. 2. q. 74. art. 8. Syl. verbo dilectio.*